

INTENDE, quæsumus, Dómine, múnera altáribus tuis pro sanctárum Virgínum et Mártyrum tuárum N. and N., festivitáte propósita: ut, sicut per hæc beáta mystéria illis glóriam contulisti; ita nobis indulgéntiam largiáris. Per Dóminum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim sociâ exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

Psalm 118: 121, 122, 128

FECI judicium et justitiam, Domine, non calumnientur mihi superbi: ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquitatis odio habui. (T.P. Alleluia.)

PRAESTA nobis, quæsumus, Domine, interceditibus sanctis Virgínum et Martyribus tuis N. and N.: ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

SECRET

Look down, we beseech Thee, O Lord, at the gifts laid upon Thine altar for the feast of Thy holy Virgins and Martyrs N. and N., that, as Thou didst by these holy mysteries give glory to them, so Thou mayest grant to us Thy pardon. Through our Lord.

COMMON PREFACE

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominationes worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

COMMUNION

I have done judgement and justice, O Lord, give me not up to them that slander me: I was directed to all Thy commandments, I have hated all wicked ways. (P.T. Alleluia.)

POSTCOMMUNION

Grant to us, we beseech Thee, O Lord, that through the intercession of Thy holy Virgins and Martyrs, N. and N., that what we receive by the mouth we may retain in a pure heart. Through our Lord.

PROPER of the MASS

COMMON OF SEVERAL VIRGIN MARTYRS

"ME EXSPECTAVERUNT"

Psalm 118: 46, 47, 1

ME exspectaverunt peccatores, ut perderent me: testimonia tua, Domine, intellexi: omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. (T.P. Alleluia, alleluia.) Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. Gloria Patri.

DA nobis, quæsumus, Domine, Deus noster, sanctárum Virgínum et Mártyrum tuárum, N. and N., palmas incessábili devotíone venerári: ut, quas digna mente non pòssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquius. Per Dóminum.

I Corinthians 7:25-34

FRATRES : De virginibus præcceptum Dómini non hábeo: consílium autem do, tamquam misericórdiam consecútus a Dómino, ut sim fidélis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instántem necessitátem, quóniam bonum est hómini sic esse. Alligátus es uxóri? Noli quaerere solutiónem. Solútus es ab uxóre? Noli quaerere uxórem. Si autem accéperis uxórem, non peccásti. Et si núpserit virgo, non peccávit: tribulationem tamen carnis habébunt hujúsmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: Tempus breve est: réliquum est, ut et qui

INTROIT

The wicked have waited for me to destroy me: but I have understood Thy testimonies, O Lord: I have seen an end of all perfection; Thy command is exceeding broad. (P.T. Alleluia, alleluia.) Ps. Blessed are the undefiled in the way: who walk in the law of the Lord. Glory be to the Father.

COLLECT

O Lord our God, we pray, may we have unceasing devotion in celebrating the triumphs of Thy holy Virgins and Martyrs N. and N., and even if we cannot do this fittingly, at least may we render them our humble service. Through our Lord.

EPISTILE

Brethren, concerning virgins I have no commandment of the Lord: but I give counsel, as having obtained mercy of the Lord, to be faithful. I think therefore that this is good for the present necessity, that it is good for a man so to be. Art thou bound to a wife? Seek not to be loosed. Art thou loosed from a wife? Seek not a wife. But if thou take a wife, thou hast not sinned. And if a virgin marry, she bath not sinned: nevertheless such shall have tribulation of the flesh. But I spare you. This therefore I say, brethren: The time is short: it remaineth, that they also who have wives be as if they had none: and they that weep as though they wept not; and they that

habent uxóres, tamquam non habéntes sint: et qui flent, tamquam non flentes: et qui gaudent, tamquam non gaudéntes: et qui emunt, tamquam non possidéntes: et qui utántur hoc mundo, tamquam non utántur: praeterit enim figúra hujus mundi. Volo autem vos sine sollicitúde esse. Qui sine uxóre est, sollicitus est, quae Dómini sum, quómodo pláceat Deo. Qui autem cum uxóre est, sollicitus est quae sunt mundi, quómodo pláceat uxóris, et divisus est. Et mûlier innúpta, et virgo, cógitat qua; Dómini mint, ut sit sancta córpore et spiritu: in Christo Jesu Dómino nostro.

Psalm 45: 6,5

ADJUVABIT eam Deus vultu suo: Deus in medio ejus, non commovebitur. *Ÿ*. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: sanctificavit tabernaculum suum Altíssimus.

ALLELUIA, alleluia. Hæc est Virgo sapiens, et una de numero prudentum. Alleluia.

From Septuagesima the Alleluia and the Verse Haec are omitted and the following is said:

Psalm 44: 8,5

VENI, sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. *Ÿ*. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis. *Ÿ*. Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna.

rejoice as if they rejoiced not: and they that buy as though they possessed not: and they that use this world as if they used it not: for the fashion of this world passeth away. But I would have you to be without solicitude. He that is without a wife is solicitous for the things that belong to the Lord, how he may please God. But he that is with a wife is solicitous for the things of the world, how he may please his wife, and he is divided. And the unmarried woman and the virgin thinketh on the things of the Lord, that she may be holy both in body and in spirit: in Christ Jesus our Lord.

GRADUAL

God will help her with His countenance: God is in the midst of her, she shall not be moved. *Ÿ*. The stream of the river maketh the city of God joyful: the Most High hath sanctified His own tabernacle.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. This is a wise virgin, and one of the number of the prudent. Alleluia.

TRACT

Come thou, spouse of Christ, receive the crown which the Lord hath prepared for thee from everlasting: for those who love thou didst shed thy blood. *Ÿ*. Thou hast loved justice and hated iniquity: therefore God, thy God, hath anointed thee with the oil of gladness above thy fellows. *Ÿ*. With thy comeliness and thy beauty set out, proceed prosperously, and reign.

During Eastertide the Gradual is omitted and the following Alleluia is said:

Ps. 44.15,16,5

ALLELUIA, alleluia. Adducentur Regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitiâ. Alleluia. Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. Alleluia.

Matthew 13: 44-52

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui invenit homo, abscondit, et præ gaudio illius vadit, et vendit universa quæ habet, et emit agrum illum. Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inventa autem una pretiosa margarita, abiit, et vendidit omnia quæ habuit, et emit eam. Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, et ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impleta esset, educentes, et secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sæculi: exibunt Angeli, et separabunt malos de medio justorum, et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, et stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scribe doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera.

Psalm 44: 3

DIFFUSA est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, et in sæcula sæculi. (I.P. Alleluia.)

PASCHAL ALLELUIA

Alleluia, alleluia. After her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to Thee with gladness. Alleluia. With thy comeliness and thy beauty set out, proceed prosperously, and reign. Alleluia.

GOSPEL

At that time, Jesus spoke to His disciples this parable: The Kingdom of Heaven is like unto a treasure hidden in a field. Which a man having found, hid it, and for joy thereof goeth, and selleth all that he hath, and buyeth that field. Again the Kingdom of Heaven is like to a merchant seeking good pearls. Who when he had found one pearl of great price, went his way, and sold all that he had, and bought it. Again the Kingdom of Heaven is like to a net cast into the sea, and gathering together of all kind of fishes. Which, when it was filled, they drew out, and sitting by the shore, they chose out the good into vessels, but the bad they cast forth. So shall it be at the end of the world: the angels shall go out, and shall separate the wicked from among the just, and shall cast them into the furnace of fire: there shall be weeping and gnashing of teeth. Have ye understood all these things? They say to him: Yes. He said unto them: Therefore every scribe instructed in the Kingdom of Heaven is like to a man that is a householder, who bringeth forth out of his treasure new things and old.

OFFERTORY

Grace is poured abroad in thy lips: therefore hath God blessed thee for ever. (P.T. Alleluia.)